



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 4. Mathias Hungariæ Rex cum exercitu suo Pragam veniens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. a vigiliarum Præfecto arcani mandati
A. C. 1611. exequendi rationem. Primo ex illis
 ad cubile admissis, fores clauduntur, eique mortis sententia denuntiatur, eo quod Pragæ se tumultuantium Ducem præbuisset, & cum Turronio Comite, aliisque Proceribus clam collusisset, proin caput obtruncandum daret, quo per carnificem abscisso, sublatoque ejus corpore alius post alterum ex hisce Ductoribus, rerum ignari una omnes ad lanienam intrarunt, caput posituri. Peracto supplicio Ramæus cæsorum corpora jussit in forum deferri, appensa cuilibet tabella, qua eos ob clandestina cum Cæsaris hostibus consilia capite mulctatos significatum. Hæc ubi exercitus per vicinos Pagos distributus intellexerat, miseratione in rabiem mutata urbem obsidet, & Ramæum sibi tradi postulat, qui tamen ea adhuc nocte fuga dilapsus erat: Fertur, hosce miseros proditionis imputatæ ignaros fuisse: id certum est, quod Leopoldus Ramæum postea in Alsatia captum, ac in vincula conjectum præmissis examine capite plecti jusserit.

§. IV.

Mathias Hungariæ Rex cum exercitu suo Pragam veniens.

Inte-

Interim die vigesima quarta Martii Mat-
thias Hungariæ Rex a Bohemiæ,
Silesiæ, & Moraviæ Ordinibus evoca-
tus cum numeroſo milite Pragam ve-
nit, in civitatem veterem cum applau-
ſu introductus: Prima ipſius cura, re-
bus Pragæ, quantum fieri poterat, com-
poſitis, eo collimabat, ut cum Rudol-
pho Cæſare fratre ſuo in gratiam redi-
ret: præprimis vero ad ſedandos Pro-
cerum motus Bohemiæ regnum ſibi ho-
neſtis conditionibus cedi poſtulabat, ad
hæc vero attonitus hæſit Cæſar, æger-
rime ferens, coronam, quam contra
tot validos hoſtes immotam ſervafſet,
a fratre ſibi eripi.

Sæc. XVII.
A. C. 1611.

Piaſeccius
chron. geſt.
pag. 275.

§. V.

*Mathias in Bohemiæ Regem ſaluta-
tus, atque inauguratus.*

Jaſtabantur aliquamdiu ultro citroque
graves querelæ; inſtabant Proceres,
ac præcipue Brunsviceniſis Dux: Cæ-
ſar quoque declarabat, ſe nihil, niſi
de Electorum conſilio facturum; horum
enim Conventus Mulhuſii, poſtea No-
rimbergam translatus, celebrandus erat,
in quo de reſtituendâ Cæſaris auctori-
tate & pace in Imperio conſervanda
ageretur, ſub idem quoque tempus
Philippus Reingravius Chriſtiani Saxo-

Calmet Hiſt.
Univerſ.
lib. 150.
Slawata l. c.
Piaſec. p. 275.
Ortcl. Rediv.
chron. Hung.
pag. 28.